



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vita S. Libori[i], Cenomanensis Qvondam Episcopi: Nunc Paderbornensivm Tvtelaris Divi**

[S.l.], [ca. 1650]

Capvt IV. Paderbornensis Episcopatus Imperatoriæ pariter, & Apostolica  
authoritate firmatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45568**

fieri iussit, & hac ibidem causâ alio  
quandiu solebat immorari.

## CAPVT IV.

*Paderbornensis Episcopus Imperatoria  
pariter, & Apostolica auctoritate fir-  
matur.*

**N**AM & vir sanctissimus & *Caroli M.  
& Leonis  
PP. III. cō-  
gressus.*  
verè Apostolicus Papa se-  
dis Romanæ, Leo nomi-  
ne, iniusta ciuium odia perpeffus,  
illic eum adiit, pro sedandis con-  
tra se ortis simulatibus Imperia-  
lem opem quæsiturus. A quo cum  
ingenti, vt par erat, honore susce-  
ptus, religiosum eius ac salutare  
Christianitatis dilatandæ studium  
nobiliter inchoatum, Apostoli-  
ca auctoritate firmavit, atque  
in Ecclesia tunc ibidem nouiter cō-  
structa quoddam altare consecrans,  
adorandas in eo reliquias Proto-  
martyris Stephani, quas secū Ro-  
mâ

*Altare S.  
Stephani in  
crypta.*



Reliquia-  
rum honor  
& virtus.

mâ detulerat, collocavit, fiducialiter id Principi promittēs, quòd O-ratorium illud, tanti Martyris patrociniò munìtum, non ulterius passurum foret iniuriam, quam ipso referente, prius ei contigisse cognouit: vt videlicet ob incolarum loci perfidiam & odium in religionem Christianam, aliquoties igni traderetur. Et ob hanc maximè causam, easdem Reliquias ibi rogatu Imperatoris condidit, nō sine effectu congruo fiducia, sponsionisque suæ, cū nihil tale postmodum illic perpetratum esse certissimum sit.

## CAPVT V.

*Paderbornensis Ecclesia incunabula. Primus illius Episcopus. Carolus Magnus V Westphaliae Apostolus laudatur.*

**H**oc igitur ordine Paderbornensis Ecclesiæ sedes Episcopalis tam Imperatoria sanctione,